



Polyanthea Sacra

Ex Universæ Sacræ Scripturæ Utriusque Testamenti Figuris, Symbolis, Testimoniis, Nec Non E Selectis Patrum, Aliorumque Authorum, Sententiis, eruditis Interpretationibus, Similitudinibus, rarisque Historiis collecta, Et Copiosis, Exquisitisque Materiis Moralibus De Virtutibus Et Vitiis Pro ...

Spanner, Andreas

Augustae Vindelicorum, 1702

§. 18. Comes quintus Zelus, capit socios.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79340)

Dominum cæli ego timeo. v. 9. Sept. *Servus Domini ego sum.* Quia servum se fatetur, & non amicum; Sapienter inferunt, eum fugere: quia fervor est fugere, non filiorum: quia *charitas nunquam excidit.* Bæza t. 2. l. 6. c. 5. §. 12.

Tunc discipuli omnes relicto eo fugerunt. Matth. 26. 56. Suspectus amor in Deum sit, qui sine ullo metu est. Heu! quam incaute Petrus amoris in Deum adeo laxavit habenas, ut nihil sibi timeret. S. Aug. in Pl. 96. Petrus, qui audaci dilectione sequebatur, timida trepidatione ter negavit. S. Aug. in Psal. 96. in præfat. Ama Deum cum propinæ infirmitatis metu. Id. l. 4. c. 2. §. 3.

Timor servus est, charitas libera est; & ut sic dicamus, timor est servus charitatis. S. Aug. l. 13. de Verb. Apost. propè finem.

§. XVIII.

Amoris Comes quintus Zelus, cupit socios.

Trabe me: post te curremus. Cant. 1. 3. id est, si traxeris, non ego solus curram; sed curabo, ut adolescentulæ animæ, alique plures, post te currant. Pl. 50. 14. *redde mihi laticiniam &c. docebo iniquos.* v. 15. Dicerat enim à sponso gestare materna ubera; ideoque sibi bona gratiæ postulat; non propter se solam, sed ut aliis prosit. Imperfecta charitas, quæ dicit Deo, trahere me, post te curram, Lud. de Ponte hic §. 4.

Amans Deum vult socios. David totus abit in laudes Dei. Pl. 33. 2. *semper laus ejus in ore meo*; Addit: *magnificat Dominum mecum.* v. 4. Luc. de Velloso in Judith 6. parænet 17. Regius Psaltes divinum affectum induerat, cum in amore suo, & deliciis suis, socios, & consortes requirit. S. Aug. hic: Amat Dominum quisquis est iste. Et quomodo illum amat? ut non invidet coamatori suo. Amor ejus nec zelosus irâ, nec invidiâ deturpatur; multitudine amantium exquirat, ut ejus pulcherrimâ formâ deliciarum, & divinæ pulchritudinis riant amplexus. De Arcion. in Jo. 2. Disc. 4.

Ajuro vos filie Jerusalem - ne suscitatis, neque evigilare faciatis dilectam, quoadusq; ipsa velit. Theodoretus sic legit: *ut suscitatis, & excitatis, charitatem, ad nec volueris.* Qui spiritibus amore sunt inflammati, Deique tenentur desiderio; eadem flammâ omnes ut homines accendantur, exoptant. Ut suscitatis &c. id est, ne charitatem erga Deum in vobis dormire patiamini, sed eam suscitatis, atque accendatis, &c. B. Theodoretus l. 2.

Egredimini, & videte. Regem Salomonem. Cant. 3. 11. Cur illò sola non vult frui? *Inveni, quem diligit anima mea.* vers. 4. Greg. Nyss. or. 7. quemadmodum magnus ille Paulus pro damno ducebat, si non eum hominibus universis bona sua communicasset: *opto, non tantum te, sed etiam omnes, qui audiunt, hodie fieri tales, qualis ego sum.* Act. 26. 29. Sic benignissima hæc sponsa. Hòc zelò flagravat Cornelius act. 10. 24. *convocatis*

cognatis suis. S. Chrysof. hom. 23. in Evang. hoc amici officium, hoc pium est, in tantis bonis amicos facere socios. Luc. de Velloso, in Judith. 6. Parænet. 17.

Venite, & videte hominem. Jo. 4. 29. De aqua gratiæ, quam acceperat, in alios refundebat: & hoc signum, si diligitur Christus; quòd is, qui diligit, in ejus amicitiam alios trahit. Sim. de Cass. l. 11. c. 3.

Cæperunt loqui. Act. 2. 4. Scilicet magna-lia Dei. Rich. à S. Laur. l. de laud. B. V. : *repleti sunt omnes Spiritu Sancto*, ecce plenitudo interior; *& cæperunt loqui*; ecce redundatio exterior. S. Greg. hom. 33. in Evang. linguis igneis apparuit Spiritus Sanctus: quia omnes, quos repleverit, ardentem pariter, & loquentes facit. Sylv. hic.

Si placent animæ, in Deo amentur; quia & ipsæ mutabiles sunt, & in illo fixæ stabiluntur: alioquin irent & perirent. In illo ergo amentur, & rape ad eum tecum quas potes, & dic eis: hunc amemus, hunc amemus; ipse fecit hæc, & non est longe: non enim fecit, atque abiit; sed ex illo in illo sunt. S. Aug. Conf. l. 4. c. 12.

Si amatis Deum, rapite omnes ad amorem Dei, qui vobis junguntur; & omnes, qui sunt in domo vestra. Ergo rapite, quos potestis, hortando, rogando, disputando, rationem reddendo cum mansuetudine, cum lenitate. S. Aug. in Pl. 33. conc. 2.

In Manuscripto Archivi Rom. legitur: S. Ignatium P. Jacobo Laynez, ac socio, ad concilium Tridentinum profecturis, hoc documentum constanter inculcasse: ut quæ pro concione palam, quæ in familiari cum aliis consuetudine, maxime perè contemur inflammare animas in amore Dei Creatoris, ac Domini; explicando verum sensum præcepti: *Diliges Dominum &c.* Ex mensè Amor div. P. Nadast.

Amor imperfectus non admittit consortium. Si aliquem sensualiter amas, agere fers ab alio illunt diligi. At verò, si S. Joanni Bapt. aut Evangelistæ, devotus sis; velles eis omnes esse devotos. Similiter, qui Deum diligit, cupit eum ab omnibus diligi. Philipp. Diez in festo SSS. Trinitat. conc. 3.

§. XIX.

*Amoris Comes sextus. Desiderium præsentis Dilecti.**Ex Veteri, Novo, & Patribus.*

Faciem tuam Domine requiram. Pl. 26. 8.

Intra in cubiculum mentis tuæ, exclude omnia præter Deum, & quæ te cavent ad quærendum eum. Dic nunc totum cor meum, dic nunc Deo: quero vultum tuum, vultum tuum Domine aequiro S. Anselmus Prologii c. 1.

Indica mihi quem diligit anima mea. Cant. 1. 6. Causa hujus desiderii; quem diligit anima mea: amans enim ardentem desiderat Deum. Lud. de Ponte Exhort. 9.

Quia amore langueo. Cant. 2. 5. Hebr. quia infirma charitate ego sum. Sept. quia vulnerata charitatis ego sum. Alii: occisa, vel mortua sum charitate. Corn. à Lap. hic.

Rever.